S. Heri conuocatum fuit concilium Academiae, in quo de
subrogandis professorib. actum est. Nullum n., ut scis,
neq Theologum, neq iurisconsultum habemus,
& illi, quos sperabamus accersitum iri, aut non
conducuntur, aut oblata conditione recusant. Visum
est aut, quoniam excellentes haberi nequeunt,
subrogare uel mediocres. Satius est n. quali-
lescunq hic esse professores, quam omnino
nullos. itaq communi omnium suffragio
cooptauimus in professorem theologiae Jodo-
cum Vuilichium. qui satis quidem idoneus ad
hanc professionem mihi uidetur. Nam in
sacris literis multos iam annos praelegit
magna cum laude atq approbatione audito-
rum. Sed eatenus cooptauimus, quo
illustrissimus princeps noster hanc
suffragationem approbarit. Praefecti sunt
& duo lectores institutionum, Doctor Mel-
chior Vuinsius, qui primum ex italia iam
reuersus est, Et is sane mihi uidetur
praeclare doctus. Nam in italia diu audi-
uit Alciatum praelegentem. Et Alter quidam
Baccalaureus iuris X, qui quidem mihi non
perinde atq Norimbergo, qui eum propo-
suit, probatur. Ego n. facultatem in
eo desidero latine & dicendi & scribendi, quae
facultas ad legum expositionem omnino ne-
cessaria est, ut ipse nosti. Deinde
plerisq etiam probatur, ut hi ambo esse-

X cui Martino nomen est.